UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 79. Aliæ Portificis literæ hanc in rem speciatim ad Cardinalem Seripandum datæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66641

Visual Library

Sæc. XVI.
A. C. 1562.

§. LXXIX.

Aliæ Pontificis literæ hanc in rem ſpeciatim ad Cardinalem Seripandum datæ.

Pallav. l. 8. cap. 11. n. 13.

Scripſit præterea Pontifex ipſe peculiarem epiſtolam ad Cardinalem Simonettam, in qua hæc narrabat: perlegi tuam ſententiam de cunctis a Cæſare, conventuque Gallicano propoſitis, ac ceteris ad morum reparationem ſpectantibus: porro his præmiſſis pium illius ſtudium collaudabat ea ſubjungens verba ad omnes Legatos directa: *Ceterum quod melius videbitur, agatis: noſtra enim opera nunquam deerit in iis ſedulo perficiendis, quæ divino obſequio, & publicæ utilitati conferre cenſebuntur. Si articulus de obligatione reſidendi absque gravi certamine abſolvi nequit, in nobis reponatur: nam quocunque jure manſio præcipiatur, efficiemus, ut ſuam quisque apud Sedem reſideat, ne Cardinalibus quidem exceptis: quod ſpectat ad Cæſaris librum, placet, ut is Patribus legatur, ſed legatur ſimul ejusdem Cæſaris epiſtola, in qua multa nobis remittit.* Poſtremo Pontifex adjecit: *Vos plurimum hortamur, ut in hoc pium opus conſtanter incumbatis, cujus felicem exitum vobis poſt Deum referemus acceptum, ac præcipue Mantuano Cardinali.*

§. LXXX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN